Turrecremata, Johannes de: Expositio super toto psalterio
[Basel: Johann Amerbach, not after 1482], 1482 Seite 3

radice rationis. Hinc Auguſtinus
ait: in omni copia ſcripturarũ ſan-
ctarum apertis paſcimur: obſcuris
exercemur. Hinc ad iudeos littere
obſeruatores/ inquit ſaluator noſter
Joh. v. Scrutamini ſcripturas/ ip-
ſe teſtimoniũ perhibent de me. id eſt
non litterarum exteriora tantũ: ſed
intus perquirite diuinorum ſenſuũ
theſaurum: qui intra fragile vaſculũ
vilis littere tenetur ĩcluſus. Sup q̃
Chryſoſtomus ita ait: Non ad le-
ctionem ſimplicem ſcripturarum ſꝫ
ad ſcrutationez exquiſitam eos mi-
ſit: quia que de deo dicebantur in
ſcripturis deſuper obumbrabãtur/
nec in ſuperficie exprimebantur. ſed
vt quidam theſaurus intus recon-
debãtur. Hinc Auguſtinꝰ in ome-
lia quadam ait: Cũ de diuinis ope-
ribus que leguntur ipſo inſpirante
qui fecit intellectum alicuius myſti-
ce ſignificationis ſcrutamur quaſi
de obſcuris fauicellis mella produ-
cimus: veluti chriſti diſcipulos imi-
tantes/ ſpicas manibꝰ confricamꝰ/
vt ad latentia grana perueniamus
Jam manifeſte neceſſariam eſſe di-
noſcitur pſalmorum intelligentiã:
vt quis eorum ſuauitatem deguſtet
Percipitur autem hec ſpalmorum
intelligentia aut reuelatione diuina
que docet ſuggere mel d̾ petra: ole-
umqꝫ de ſaxo duriſſimo. aut magi-
ſtrorum doctrina quos ad diuinaz
elucidandam ſapientiam ⁊ occulta
procedendum in lucem quaſi diui-
nitatis organa: diuina prouiden-
tia: in eccleſia inſtitutos eſſe cogno-
ſcimus. Ceterũ beatiſſime pater cũ
conſideraſſem ꝙ temporibꝫ iam no-

ſtris pauci ſapientie ſtudent: pau-
ciores perſcrutandis diuinis myſte-
rijs inſudãt. Pauciſſimi qui anti-
quorum ſermone ſcientiaqꝫ clariſſi-
morum patrum explanationes ⁊ cõ-
mentaria ſuper pſalmos ꝑlegere cu-
rant. Venit in mẽtem meam vt int̾
alios ſtudij mei labores hunc inter-
ponerem: vt ex̃ ſentẽtijs glorioſiſſi-
morum ac preclariſſimoꝝ. ſ. Hiero-
nymi. Auguſtini. Remigij. ⁊ Caſſio
dori. qui hũc pſalmorum librũ ex-
uberantiſſimis fluminibus profun-
diſſime interp̄tati ſunt. aliquã bre-
uem compendioſamqꝫ intelligentiã
pſalmorum exculperem que pre cete-
ris a pluribus ⁊ etiam pauperibus
clericis haberi poſſet ⁊ intelligi. Qđ
eo maxime efficere cupiebam q̊ au-
geri inde honorez dei exiſtimabaz/
Jndubitatum habens ꝙ cũ mini-
ſtri eccleſie latentia pſalmorũ mel-
la deguſtarent: alacriori feruentio-
riqꝫ deuotione laudes domino de-
cantarent. Sed ecce mentem meam
ab hac ſcribendi cogitatione aliena-
bat ſenectutis pondus: infirmitatũ
frequentia: latentis in pſalmis ſa-
pientie profunditas: parabolarum
quibus vallatur pene inexplicabilis
obſcuritas: ⁊ ſuper omnia exiguitas
ingenij ⁊ imbecillitas intellectꝰ. Sꝫ
occurrit ex adũſo amor publice vti-
litatis qui ſolus nomen difficultatũ
erubeſcit/ qui q᷑ vt ait Auguſtinus
nihil tam durum atqꝫ ferreum qđ
non amoris igne vincatur. Jmpu-
lit me vi ſua victuz ad preconceptũ
laborem audacter ſubeundum ſub
illius fiducia qui ſapientie fons eſt:
qui ⁊ cecis viſum: ⁊ mutis dicendi

TECHNISCHE UNIVERSITÄT DARMSTADT
http://tudigit.ulb.tu-darmstadt.de/show/inc-iv-273/0002
Universitäts- und Landesbibliothek Darmstadt
gefördert durch die DFG